



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 137. An resignatio censeatur favorabilis, an odiosa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

ciati sufficienter declarata ex facto aliquo ad renun-  
tandum apto, uti si quis permittens beneficium su-  
um conferri alteri, simul det signum externum, quo  
consensus ille sufficienter significetur.

953 §. II. Nomine resignationis, ordinariè venit  
pura, & non conditionata, nisi materia subjecta  
vel circumstantiæ aliud postulent; hinc si quis ha-  
beat expectativam ad primum beneficium vacatur-  
um per mortem vel resignationem, si aliquod resi-  
gnetur sub conditione, non poterit illud prætende-  
re, *Gonz. & alii. Dixi*, ordinariè, nam quando  
in Regula de mensibus à reservatione Papæ excipi-  
untur vacantia ex resignatione, per hanc intelligi-  
tur etiam conditionata; similiter omnis dispositio  
loquens de resignatione, regulariter intelligitur eti-  
am de permutatione, quamvis permutatio sit resi-  
gnatio conditionata; hinc Regula de publicandis  
resignationibus intelligitur etiam de permutationi-  
bus. Vide *Leur. q. 236.*

954 §. III. Condiciones, quæ apponi possunt resi-  
gnationi, reducuntur ad has 4., I. Ut beneficium  
conferatur alicui designato; & hæc dicitur in favo-  
rem. 2. Ut resignatarius vicissim ipsi permittat suum  
beneficium; & hæc dicitur permutatio. 3. Ut sibi  
reserventur omnes vel aliqui fructus; & tunc dicitur  
sub pensione. 4. Ut regredi vel ingredi possit ad  
beneficium; regredi quidem, v. g. si resignatarius  
præmoriatur; ingredi autem, v. g. si alicui colla-  
tum sit beneficium, & hic ante captam possessionem  
cedat alteri, sub pacto, ut post absoluta studia  
propriâ auctoritate illud recipere possit; & tunc di-  
citur resignatio cum regressu vel accessu. Vide *Leur.*  
*q. 235. n. 3.*

955 Q. 137. An resignatio censeatur favorabilis, an  
odiosa. R. Facta ob utilitatem Ecclesiæ, est favora-  
bilis;



bilis; facta in favorem tertii, est odiosa: & in genere resignatio censetur odiosa, ideoque strictæ interpretationis, *Gl. Nav. Decius, Crævet. Burs. Paris. Castrop. t. 13. d. 2. p. 15. n. 5. Garc. Leur. p. 3. q. 237.* An idem sit de permutatione, dicitur n. 1081.

Q. 138. Quid notandum sit circa vacationem 956  
beneficii resignati. R.

§. I. Si resignatio sit pura & à Superiore admittat, hoc ipso adest vacatio beneficii, quoad titulum, *Leur. p. 3. q. 238.* Item quoad possessionem naturalem & civilem, *Paris. Leur. q. 243.* Quamvis secundum dicta n. 685. manere possit possessio facti seu detentio, si resignans permaneat in loco beneficii & officio; cui si pergat incumbere animo continuandi, putant *Butr. Calder Sarn. Rebuff. Leur. q. 239.* retineri etiam possessionem naturalem; Vide tamen *Leur. q. 264. n. 1.*

§. II. Si resignatio sit in favorem & expeditæ 957  
sint literæ, v. g. pro Titio, docent aliqui cum *Lott.* hoc ipso adest vacationem, quamvis Titius ante obtentum beneficium moreretur, dummodo resignationi consenserit, quia pactum & conditio non fuit, ut Titius re ipsa haberet beneficium, sed ut Papa conferret in favorem Titii, quod factum est, ergo conditio videtur impleta, & mortuo Titio vacabit beneficium per resignationem in manibus Papæ. *Conf.* nam si literæ fuissent expeditæ in forma *gratiosa*, habuissent vim, & Titius jam obtinuerat gratiam in instanti, quo gratia fuisset signata & registrata, non obstante voluntate resignantis, uti fatentur plerique cum *Rebuff. & Gonz.*; potestque de hoc videri *Rosa de Exe. lit. Apost. p. 1. c. 6. à n. 199.* Ergo idem dicendum est, licet fuerint in forma, *dignum.* Contradicunt cum communi *Barb. de Jure Eccles. l. 3. c. 15. n. 75. Rosa c. 15. à n. 87. Luca de benef. d. 34. n.*